



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Quo die producta fuerit Eua. disp. 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

Homo quid ex D. Ambro-
sio tamdem producit Deus hominem, cuius gratia,
ea omnia praeparauerat. Est enim homo, ut Ambro-
sius Epistola 20. ad Herennium ait: *Toties nature cor-
pore finis, cùsque vertex, in & rex, ac dominus, ut
Deus ipse Genes. i. illis verbis testatur: Faciamus homi-
nem ad imaginem, & similitudinem nostram, & pre-
stis piscibus mari, & volatilibus cœli, & bestiis, uniuersa-
que terra. Et infra, Crescite & multiplicamini, & replete
terram, & subicie eam, & dominamini piscibus mari,
& volatilibus cœli, & uniuersis animalibus que mo-
uentur super terram.* Construendum autem prius, ut
Gregorius Nazianzenus oratione 43. recte ait, regi
palatium erat, & postea rex introducendus, omni iam
suo satelliti stipatus. Nec decuerat ut Gregorius Nys-
senus in libro de creatione hominis cap. 2. scribit,
prius existere Principem, quā illa, quorum gererat prin-
cipatum, sed ubi cuncta ei subiecta parata sunt, iam
consentaneum erat apparere Rectorem.

Sexto ergo die, fabricatis iam omnibus aliis, dixit
Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, formauitque de lino terræ corpus hu-
manum in illudque ultimò diffostrum rationalem
animum infudit, quem ipse solus de nihilo creavit:
idque per metaphoram appellat Scriptura Deum
inspirare in faciem eius spiraculum vite, vel id vnde
oritur effectus atque signum vite, hoc est, ex-
piratio, & respiratio, cùque ratione & factus est homo
in animam viventem, id est, res viuentis, cui Deus
benedixit, tradiditque dominum terræ, cunctorumque
animalium, & omnium que sunt super terram. Qua-
nam ratione homo sit ad imaginem & similitudinem Dei, explicatum a nobis est sèpè in superioribus. Nec non quatenus ex illis verbis, *Faciamus ho-
minem ad imaginem & similitudinem nostram, myste-
rium glorioissimæ Trinitatis colligatur.**

Cùm Adamus, modo explicato productus, solus
est sine consilio eiusdem naturæ, dixit Deus, D
vt Moyses Genes. 2. scribit, *Non est bonum hominem
esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, id est,
vxorem eiusdem naturæ fecum, que illi sit socia,
& tum ad filiorum, qui vitam æternam consequan-
tur, propagationem, tum etiam ad alia domestica
officia adiutrix. Immisitque soporem in Adam, &
absque ullo dolore tulit vnam de costis eius, reple-
uitque carne locum illius. Ex illa autem tamquam
ex fundamento, illi admiscentio atque augendo ma-
teriam, vel per creationem, vt D. Thomas 1. p. q.
9. art. 3. ad primum, probabilius arbitratur, vel, vt
longè probabilius existimo, ex aere circumstante,
eo quod post primam veram creationem nullam
materiam partem de nouo produxit, mirabiliter
artificio mulierem esformauit. Porrò Deus abstulisse
videtur de latere Adami costam carne coniectam.
De Eua namque iam producta dixit Adam: *Hoc
nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quasi os
Eua de osse costæ, & caro Eua de carne Adami,
qua costa erat coniecta, fuerim producta.**

Adami sopor
qualia.
Costam car-
ne coniectam
Deus abstu-
lit ab Ada-
mo ad Euam
fabricandam.
Molina in D. Thom.

De sopore in Adamum immisso, Chrysostomus
homilia 15. in Genesim, & alij arbitrantur, fuisse
verum somnum: licet causa eius soporis, quam
Chrysostomus reddit, nempe ne Adam in ablatio-
ne costæ dolorem sentiret, minus probanda videatur.
Neque enim Deus cum violentia illam abstulit:
quare esto vigilaret, nullum penitus dolorem sen-
tiret. Augustinus 9. super Genesim ad litteram cap.
19. & Bernardus sermone 2. de septuagesima, vt fu-
rà retulimus, existimat, fuisse et statim, qua, & quid
ageretur & causam a mysteria, quæ in ea Eua formatione
latebat, diuinus sibi reuelata intellexit.
Idem affirmit Eucherius in eundem locum Genes.

A 2. verum negandum non est simul fuisse verum som-
num cum eftasi coniunctum.

Formata Eua, adduxit eam Deus ad Adamum, Matrimonij
eos coniungens. Siue autem modum, quo Deus primorum
parentum autor & in-
firior Deus,

uerit diuinus Adam, siue post soporem Deo re-
uelante, quando in vxorem illam accepit, modum
& causam productionis illius admirans, ait: *Hoc
nunc (עַבְדָּן, happabham, id est, hac vice, ut habet
contextus Hebreus) os ex ossibus meis (id est, de
vno meorum ossium) & caro de carne mea.* Quasi
diceret: in vxoribus, qua aliis viris matrimonio
coniunguntur, non erit ita: sed hac vice Deus hoc
fecit, vt vel facto ipso ostenderet, quantum amoris
& coniunctionis volebat esse inter virum & vxo-
rem. Hæc vocabitur virago (in Hebreo est fœmi-
nium deductum à vir, nempe γυνὴ bischa, deduc-
tum ab ψων Isch, tamquam si Latinè diceretur,
vocabut viria, aut virilla, ut alij vertunt) quoniam
de viro sumpta est. Continuò verò subiungit legem
coniugij dicens: *Quoniam obrem (quia scilicet tam
coniugij lex;*

*arctum amoris & coniunctionis vinculum voluit
Deus, vt esset inter virum & vxorem) relinquet ho-
mo patrem suum & matrem (si ita opus fuerit, vt
cum vxore coniugali societate & amore viuat) &
adherebit vxoris sue. Non dixit vxoribus, quia vir vni
tantum vxori copulari debet, quia superfite, nefas
est transire ad secundas nuptias. Subiungit scrip-
tura: *Et erunt duo in carne una, cum mutuo vide-
licet domino vniuersique eorum in carnem alterius ad coniugalem actum, ita vt utraque caro sit
quodammodo cuiusque eorum, ac proinde sit quo-
dammodo vna caro propter vinculum, quo caro
cuiusque eorum alteri manet obligata.* Id quod Paulus
1. ad Corinth. 7. his verbis expressit: *Mulier sui
corporis potestatem non haber, sed vir: similiter autem
& vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.* Hic
etiam alius est legitimus sensus eorum verborum.
Erunt duo in carne una, per matrimoniale copula-
& coniunctionem, per quam quodammodo efficiuntur
vna caro. Eum enim sensum sati aperte
docebat Paulus 1. ad Corinth. 6. his verbis: *An ne scis
inquit, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus
efficitur, citansque hunc locum ait: Erunt, inquit
(Scriptura videlicet) duo in carne una.**

Fuit verò in productione Euae de latere Adami
dormientis, & illius coniunctione cum Adamo, pre-
clarus typus Ecclesiæ nascentis ex latere Christi in
cruce dormientis, sicut etiam coniunctionis eiusdem
Ecclesiæ cum Christo sponso, de quo Paulus ad
Ephesios 5. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem
dio in Christo & Ecclesia.* Hoc mysterium Augusti-
nus tractatu non in Iohannem latè explicat.

DISPUTATIO XXII.

Quo die producita fuerit Eua.

O Rigenes, Chrysostomus, & Eucherius in il-
lud Genes. 1. *Masculum & feminam fecit eos,* D. Thomas 1. p. q. 73. art. 1. ad tertium, & plerique
alij affirmant, Eua productam fuisse post sextam
diem, collocatóque iam Adamo in Paradiso. Mo-
uentur, quoniam postquam Moyses scripsit, Deum
septima die requieuisse ab omni opere suo, homi-
nemque collocatum fuisse in paradiso, narrat Eua
productionem de latere Adami. Dicunt verò Gene-
1. per anticipationem in opere dici dictum fuisse
masculum & feminam fecit eos.

M m m 4 Con

Eua produc-
tio typus
nascentis Ecclesie.

692 De opere sex dierum, Disp. xxij. xxiiij. xxiv.

Eua^m sexta
die fuisse pro-
duc^{tam}.

Contrarium affirman^t D. Bonaventura in 2. sententiarum d. 18. q. 2. Caietanus in illud Genes. 1.
Masculū & feminā fecit eos, & Lypomanus cùm exponit illud Genes. 2. Edificauit cōstam quam ru-
lerat de Adam in mulierem, nempe vtrumque paren-
tem productum fuisse sexta die. Quæ sanè senten-
tia videatur preferenda. Primo, Quoniam dum Moy-
ses Genes. 1. opus diei texti narrat, ait: *Masculū &*
feminā creauit eos. Eadēmque die ait, *Deum ben-
dixisse illis*, tradidisseque dominium terræ, & eorum
quæ eius ambitu continentur, post quæ omnia ad-
dit. Et factum est ita, viditque Deus cuncta quæ fecerat,
& erant valde bona & factum est vestere & manu dies
sextus: ergo sicut intra diem sextum productus fuit
Adam, ita etiam producta fuit Eua. Verumtamen si-
cūt Moses in caput secundum reliquit narrandum
modum in particulari, quo Deus hominem produ-
xit: sic quoque narrandum reliquit modum, quo
Eua de latere Adami produxit, illisq; matrimonio
coniunxit. Vnde solutū manet motuum, quo auto-
res contraria sententia in eam ducuntur. Secundū,
quoniam Gen. 2. habetur, *Igitur perfecti sunt cœli &
terra, & omnis ornatus eorum, completing*, Deus di-
septimo opus suum quod fecerat, nihil videlicet ulterius
producendo, quoniam si aliquid de novo produ-
xisser, non esset completum opus suum, atque hoc
est quod significant verba, quæ subiungit, & requie-
nit die septimo ab uniuerso opere quod parraratur, pro-
ptereaque benedixit diei septimo, & sanctificauit
illum.

Die septimo
qualiter
Deus ceſſa-
uerit ab om-
ni opere suo.

Atque, vt inferamus, quæ de die septimo dicen-
da erant, obserua Deum eo die non ita cessasse ab
omni opere, quasi nihil omnino egerit die septimo:
tunc enim conseruauit mundum, cooperatūque est
cum omnibus causis secundis, quæ tunc operaban-
tur sed ceſſasse solum à productione eorum, quæ
ad primam huius vniuersi productionem pertine-
bant (quod significant verba illa, *ab uniuerso opere
quod parraratur*) nihil iam eo die producendo, sed
quiescendo ab uniuerso illo opere iam absoluto &
explero. Eaque de causa statuit, vt dies septimus
cuiusque hebdomadæ cultui ipsius dicaretur, in
memoriam beneficij creationis completi, & vt homi-
nes, Dei quietem imitantes, nihil teruire eo die ef-
ficerent, arque ita dum à seruilibus operibus vaca-
rent, ad spiritualia, & Dei cultum, essent promptio-
res. Ex his ergo ita confidio argumentum. Eua non
minus pertinebat ad primam vniuersi constitutionem
quam femina specierum ceterorum animalium,
quæ quinta & sexta die producta sunt: quippe
cum propagatio speciei humana non minus pen-
deat à femina, quam pendeat propagatio specie-
rum aliorum animalium: cum ergo Deus septimo
die ceſſauerit ab uniuerso opere, quod ad primam
mundi vniuersi constitutionem pertinebat, ita vt
in eo iam nihil eorum produxerit, sed vniuersa
fuerint completa, consequens profecto est, vt Eua
sexta die fuisse productam fateamur.

Cum Genes. 2. audis: *Complevitque Deus die septi-
mo opus suum*, intellige, exclusiū, nihil iam tunc
operando eorum, quæ facere decreuerat: id quod
indicant, tum antecedentia illa verba: *Igitur per-
fecti sunt cœli & terra & omnis ornatus eorum*: sex
scilicet diebus antecedentibus, vt precedente
capite explicarant, tum etiam sequentia illa: *quod fe-
cerat*: ante scilicet: quare inclusiū sexta die com-
plevit opus suum: quod in causa fuit, vt Septuaginta
translulerint: *Et consummavit Deus die sexta ope-
ra sua que fecit*. Sermonem etiam esse de comple-
mento exclusiū, indicant præterea verba illa alia

A qua sequuntur: *Et requieuit die septimo ab uniuerso
opere quod parraratur*: ante scilicet sex diebus. Re-
quiescere autem ibi, non denotat laborem & fati-
gationem præteritam, sed nudam cessationem ab
operatione, phrasi Hebreæ, iuxta illud Isa. 1. *Quie-
site agere peruersè*, id est, cessate. Isaia 2. *Quie-
site ab homine, cuius spiritus in naribus est*, id est, desistite
eum offendere. Ioseph 5. vbi interpres translatis *de-
fecit manna*, Hebraicæ habetur, *וְנִתְבַּחֲרָה נַעֲמָן* wa'sibbet
hamman, id est, quiens manna. Ut alia omittam
exempla.

DISPUTATIO XXIII.

Quo in loco producti fuerint primi parentes.

C ommunis Doctorum sententia est, Adamum extra Paradisum fuisse productum. Ita Am-
brosius lib. de paradiso cap. 4. Rupertus primo in *Genesim* cap. 11. Magister in 2. d. 17. D. Thomas 1.
p. q. 102. art. 4. Abulensis, Caietanus, & alij. Quod factum fuisse ait Magister, vt, non naturæ, sed
gratiæ, Paradisi locus tribueretur. Innuincit fatis
verba illa Genes. 2. vbi, narratis in particulari, cum
hominis, tum parvulus productionibus, subiungit
Scriptura: *Tulit ergo Dominus hominem*, & pefat
illum in paradise voluptatis.

De loco, in quo Adam fuit plasmatus, non con-
stat ex Scripturis. A plerique tamquam tradicio-
niter afferunt, plasmatum fuisse in campo Damasceno.
Notat tamen Abulensis qu. 1. 38. in cap. 13. Genes.
non fuisse campum viris Damasci in Syria, sed
campum viri Hebron propinquum in Iudea pro-
uincia, quæ viri ab Hierosolymis octo leuis di-
stat, vt idem autor Gen. 2. affirmat. Honorus Chrono-
poleon cap. 1. affirmat, Adam in Hebron fuisse
productum. Angeli fortè opera fuit inde in Para-
disum translatus, vt Abacuch à Iudea in Babylo-
nem, & Enoch in Paradisum duciti sunt.

Euam in paradiſo de latere Adami fuisse condi-
tam, asseverat Ambrosius loco citato. Magister in *Genesim*
2. d. 18. D. Thomas art. 4. citato in responsione ad
tertium, & plerique alij. Consonat hanc Scriptura
sacra Genes. 2. in qua post narratam transla-
tionem Adami in Paradisum, subiungitur producio
Eua de latere Adami. Quò fit, vt Adamus statim,
ac de limo terræ productus est, sexta ipsa die fue-
rit in paradiſum translatus, eadēmque die Eua fue-
rit producta.

DISPUTATIO XXIV.

*Vtrum Adamus cùm pluribus cōfis, quam cō-
teri homines, fuerit pro-
ductus.*

C aietanus Genes. 2. asseverauit Eua non fuisse Caietanus
verè productam de costa Adami, sed Scriptu-
ram, dum saporem Adamo immisum, & produc-
tionem Eua de costa Adami narrat, loqui meta-
phorice. Alij etiam in eadem fuere sententia. Cai-
etanus hoc argumento ducitur: Quoniam vel Adam Arguit
antequām ab eo auferretur costa, de qua Eua pro-
ducta fuit, habebat plures costas, quam habeant
ceteri homines, vel non. Si de primum, sequitur,
Adamum productum fuisse monstrosum: non fe-
cūs ac si cum sex digitis produceretur. Si vero de
secundum, sequitur ablata illa costa, & restitu-
carne